

*Descr.:* A *T. hippophaë* Fieb. tibiis distinete nigro-punctatis mox distinguenda; a *T. prasina* statura majore, capite latiore, oculis majoribus fortius exsertis, punctis tibiarum praecipue feminae multo distinctioribus, a *T. punctipedi* Reut. capite latiore, oculis multo magis exsertis, antennis articulo secundo basi pronoti ad summum (♀)  $\frac{1}{5}$  breviore, punctis tibiarum remotioribus, mariis minoribus, ab omnibus colore capitinis et scutelli obscurio in ferrugineum vergente divergens. Caput verticale, gula haud distinguenda, vertice margine acutiusculo, margine communi postico verticis et oculorum arcum latissimum sed distinctum retrorsum vergentem formante. Oculi nonnihil retrorsum vergentes. Antennae sordide virescentes, articulo primo interdum in ferrugineum vergente, secundo rarius apice infuscato, duobus ultimis simul sumtis secundo parum longioribus. Pronotum basi longitudine paullo magis quam duplo, apice longitudine fere dimidio latiore. Tarsi postici tibia paullo magis quam triplo breviores.

## 2. **Maurodactylus alutaceus** Fieb. var. *discifer* Reut.

Corpore nigro, solum stria verticis transversali saepe angulata, macula discoidali vel etiam lateribus pronoti, guttula utrinque basali scutelli interdum obsoleta saepeque etiam connexivo ochraceis.

Transcasplia! (Mus. Vindob.), Amasia! (coll. Puton).

## 3. **Crysochnoodes** Reut.

*Diagn.:* Corpus ovale, cum hemielytris ubique pilis brevibus metallicis dense tectum, superne adhuc nigro-pubescentes; capite basi pronoti multo angustiore, modice nubante, infra oculos sat longe producto, latitudini cum oculis aequo longo, clypeo compresso sat prominente, versus apicem sensim declivi, basi a fronte leviter discreto, angulo